



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De h[o]. regnabit i[n] domo iacob in eternum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De eo Et reg. i domo. Fo. cxxix.

Incepit pacis. igitur expressius et potius figurat regnum eius per regnum salomonis quam per regnum dauid. Item nomine et re et regimine videtur salomon expressius dei figurasse quam dauid. Nomen quod pacificus interpretatur. Christus autem pax fecit ei quod loge est et quod prope est. Re. iij. Magnificatus est rex salomon diuitiis et sapientia super omnes reges vniuersae terre. et vniuersa terra desiderabat videre vultum eius. Nec autem propinquissime ueniunt ei. quod sicut et sapientia est patris in quo omnes thesauri absconditi sapientiae et scientiae dei. speciosus forma per filium hominum. in quem etiam desiderat angelus prospicere. Regimine. quod non fuit sathana nec occursum malum. sicut dauid est in regno suo. Item in opere dominum figurauit. ipse enim domum domino edificauit. et Christus uera sapientia edificauit sibi domum. et excidit sibi columnas septem. Prover. xi. Item diuina electione videtur dominum figurare. quod de eo iuxta litteram scriptum est. Ego ero illi in patre. et ipse erit mihi in filio. quod uere et proprie solummodo uenit iesus Christus. Nec obstat quod salomon alienigenas uxores sibi duxit et copulauit. cum etiam ipse in hoc figurauit. quod zelotipia aiaz quasi extra se rapit aiaz peccatrices sibi in misericordia et misericordibus desponsauit. Quod autem malum factum potuit bonum figurare per glo. ij. Re. ij. super historia adulterij et interfecti Malum factus nauit cum mater sua. Glo. uirgo maria. Item per regem salomonem intelligitur rex Christus. igitur et sua sedes debuit dici sedes salomonis figurat bonum

De eo quod sequitur. Et regnabit in domo iacob in eternum. et regni eius non erit finis. Si enim sederit super sedem dauid. et regnat in domo dauid. nihil enim esset dictum. dabo ei sedem regis theutonise et regnabit in domo regis fracie. Item si intelligatur quod regnaturus sit uero. et regnum iacob debuit proponi. Item non potest de diuersis regnis intelligi. quod regnum dauid non fuit nisi in domo iacob. in iudeis. Item cum dominus spiritualiter regnat non solum super eos qui sunt in domo iacob. sed super totam ecclesiam debuit dici in domo adae uel abel a quo altero ecclesia cepit. Item si intelligatur de regno spirituali quod spiritualiter regnauit super populum peculiarem. scilicet ecclesiam iudeorum. tunc debuit dici in domo abrae. unde diminutio istius populi facta est per ysaac. iuxta illud Gen. xx. in domo ysaac uocabitur tibi semine. quod debuit dici in domo ysaac. Item si uoluit denotare per regem israel hoc fuit saul. quod debuit dici in domo saul. Item cum dauid non habuerit spirituale sedem quo regnum spirituale dicitur sedes dauid. Item quicquid est eternum illius non erit finis. ergo alterum eorum erit superfluum

Iuxta predicta. utrum sit rex angelorum et ecclesie triumphantis. Et videtur quod sic. homo est dignissima creatura omnium. quod dignissimum omnium creaturae dignissime erit rex. Item mater sua est regina angelorum. quod ipse angelorum rex. Item mater sua exaltata est super choros angelorum. ut dicit Hieronimus. quod sibi soli conuenit matri et filio. ergo ipsa regina et ipse rex angelorum. Item charitas ordinat statum patrie. sed dominus improporcionabiliter habuit charitatem super seraphim. ergo et statum. igitur et rex angelorum